Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



lxxvij

nus illuxit. Precamur ergo te domine ut nos famulos tuos
omnes clerum et devotissimum populum una cum papa nostro N.
Et antistite nostro N et gloriosissimo rege nostro N quiete tem
porum concessa in hijs paschalibus festis conservare dignetis. Per do
minum nostrum ihesum christum filium tuum qui tecum vivit et regnat deus in
unitate spiritus sancti per omnia secula seculorum.

Cereo benedicto illico illuminet ab eode duo cerei statuta hominis habentes et de ipso novo et benedicto igne accendat in omni domo qa ignis antecessor qui huc ardebat extingui debet. Deinde ascendens lector in ambone legere non prorumpat. Non libri geneseos sed sic incho at. In principio creavit ds. Et omnis alias lectiones sicut inchoat.

In principio creavit deus celum et terram. Terra autem erat inanis et vacua. et tenebre erant super faciem abyssi. et spiritus dei ferebatur super aquas. Dixitque deus. Fiat lux. et facta est lux. Et vidit ds lucem quod esset bona: et divisit lucem a tenebris. Appellavitque lucem diem. et tenebras noctem. Factumque est vespere et mane dies unus. Dixit quoque ds. Fiat firmamentum in medio aquarum: et dividat aquas ab aquis. Et fecit ds firmamentum. dividitque aquas que erant sub firmamento. ab hijs que erant super firmamentum. Et factum est ita. Vocavitque deus firmamentum celum. Et factum est vespere et mane dies secundus. Dixit vero ds. Congregentur aque que sub celo sunt in locum unum. et apparet arida. Et factum est ita. Et vocavit ds aridam terram. congregationesque aquarum appellavit maria. Et vidit ds quod esset bonum et ait. Germinet terra her